

vidit Huebner). — 1) Colonia Claritate Iulia (Ucubi; cf. C. I. L. II p. 240). — 2) Cf. not. 4. — 3) Cf. supra N. 2715 (versus fin.); C. I. L. II p. 285. — 4) Respublica Contributa Ipsca.

6910 Libero patri | Aug. sacrum | in honore | pontificatus¹ | L. Calpurnius | L. f. Gal. Silvinus | \bar{V} vir bis, flamen | sacr. pub. municip. Alb. Ur.², | pontifex domus | Augustae, | d. s. p. d. d.

Arjona, ubi fuit Urgao vel Urgavo (II 2405 vidit Huebner). — 1) Pontificatus igitur Urgavone non videtur fuisse perpetuus. — 2) Municipii Albensis Urgavonis. Titulum II 2444 Hadriano posuit municipium Albense Urgavonense. Cf. Plin. h. n. 3, 3, 40: Urgao quae et Alba.

6911 C. Cornelius C. f. | C. n. Gal. Caeso aed., | flamen, \bar{V} vir municipi Pontifici¹, | C. Cornel. Caeso, | f., sacerdos | Geni municipi, | scrofam cum | porcis triginta² impensa ipsorum d. d., | pontifex | . . .

Porcuna, ubi fuit Obulco (II 2426 ad exemplum Accursii). — 1) Titulum eodem loco repertum II 2431 posuit ordo Pontificiensis Obulconensis; cf. N. 6908; Plin. h. n. 3, 3, 40: XVII m. p. remotum (a Baele) in mediterraneo Obulco quod Pontificense appellatur. — 2) Scrofam cum porcis pertinere ad ius Latii observavit Hirschfeld Gött. gelehrte Anzeigen 1870 p. 1095.

6912 M. Cornelius Primigenius Sing.¹ | ob beneficium quod ab ordine Sing. | locum acceperam, | in quo statuam ponerem | M. Corneli Saturnini f. mei, | lupam cum infantibus duobus² | d. d.

Prope Anticarian (Antequera), sed videtur pertinuisse Singiliam, cf. N. 6915 (II 5063 cf. p. 879 descr. Berlanga). — 1) Singiliensis. — 2) Cf. N. 6819. 6820. 6915.

6913 Lupae Romanae¹ | M. Valerius Phoebus | \bar{V} vir Aug., | cui ordo munic. Epor. ob merita | cenis publicis inter decur. con|venire per[misit] | | insertis

Montoro, ubi fuit Epora (II 2456 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Lupae Augustae dedicatus est t. Baetulonensis II 4603.

6914 Neptuno Aug. | sacrum | L. Iunius Puteolanus | \bar{V} vir Augustalis | in municipio Suelitano¹ | d. d.² primus et perpetuus³, | omnibus honoribus, quos | libertini genere potuerunt | honoratus, epulo dato d. s. p. d. d.

In ora Baeticae (non longe a Malaca) loco dicto Fuengirola, ubi videtur fuisse Suel oppidum (II 4944 semel descripta circa a. 1600). — 1) Cf. Plin. h. n. 3, 3, 8 cet. — 2) Decreto decurionum. — 3) Cf. N. 5640. 6915.

6915 C. Sempron[io C. lib.] | Nigellioni | \bar{V} vir. Aug. in col. Patric[ia¹, item] | in municipio Singil. \bar{V} vir[us Aug.] | perpetuo d. d. municipi [mu]nicipum Singil. Honor[em] accepit impensam remis[it]. | Huic ordo Singiliensis recipi[endo] | in civium numerum quantum | cui plurimum libertino decrevit.² | Item huic ordo Singiliens. vetus³ | eadem quae supra in univer|sum decreverat, suo quoque | nomine decrevit.

Antequerae, ubi fuit Anticaria, sed pertinet sine dubio ad oppidum vicinum